



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XX. Plautus Asinaria emendatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Et hæc probabo doctis fortasse: ceteri quid probent
quid improbent manum non verterim.

CAPVT XX.

Plautus *Asinaria* emendatus.

ASINARIÆ Plauti scæna prima senex, alibi
per salutem suam suorumque adiuratus, ne ven-
reticeat, ita respondet:

Per Diuum Fidium queris, iurato mihi

Video necesse esse eloqui, quidquid roges.

Ita ne obstinatè aggressus, vt non audeam

Profecto, percunctanti quin promam omnia.

Primo versu sententia heret. nihil enim per Di-
Fidium seruus quæsierat. itaque mutârunt alij, quæ-
queris: ego vnus litteræ mutatione malim, quæ
me Dius Fidius amet, inquit (per eum autem deum
iurat ex more, quòd sub dio esset) necesse esse videtur
eloqui sic tibi omnia, ita me obstinatè aggressus es.
Adiurauerat illum nempe per suam & suorum fal-
tem, quæ obtestatio veteribus sanctissima erat. Ap-
puleius Milesiarum I I. Sic ille commotus: sed in
Byrrhena, quæ cum adiuratione sua salutis ingratis cogi
effari perfecit vt vellet.

Scæna, Hercle verò.

Metuo ne ille obscenarit mea false fallacia.

Laudat aliter Nonius, Et vocum illic obscenauit. Com-
ptè, nemo negat: sed vnde nescio an verum esse vo-
rim, Ecquo nunc illic obscenauit. Ecqua, inquit, illic
mihi fallaciarum comitia vitiauit. Illic antique pro-
ille, vt omnes norunt. Terentius: *Quam illic qui pro-
vnde is sit thesaurus sibi.*

CAPVT